

XLVII. *Vitolano.*

Tituli reperti Vitulanis et in pagis proximis Cantano, Tocco, Foglianise, Campoli, Castel Poto hoc capite leguntur. Vicum Foglianise Romana aetate item Folianum dictum esse intellegitur ex titulo ibi reperto n. 2123 dedicato *numini Fortunae Folianensi[s]*. Praeterea cum ex vico *li Calcii* proximo a Vitulano prodierit titulus sepulcralis vetustus Caucii cuiusdam n. 2134, hinc collegerunt eum olim Caucium dictum fuisse, fortasse recte. — Quo olim pertinuerit ager Vitulanus, non satis constat. Tribules reperiuntur Stellatinae n. 2134, Meneniae n. 2127, Poliae n. 2438, Falernae n. 2428, quorum hunc ad Telesiam pertinuisse praeter tribum magistratus quoque ostendunt.

**2123** Vitulanis in parochia S. Petri in Seriano VERVS. Ibidem adhuc.

palma NVMINI corona  
FORTVNAE · FOLIANENSIS  
PRO SALVTE LIBERALis  
VMBR · POLYTIMVS · ACtor  
5 HARAM · DONVM · DEDIT  
VERZOBI · VIVAS LIBI ET  
e TVIS OMNIBVS

Recognovit Dressel. Principium afferit Petrus Piperno in praefatione citata ad n. 2134. Integrum proponunt Verusius B. f. 3 (inde Pacichelli *lett. fam.* 4, 85); Galletti apud Marinum Vat. 9126 f. 184'; Garrucci diss. arch. 1, 118 tab. 10 n. 3, Ben. p. 62 ad ectypum.

2 FORTVNE Gall. — 4 ROlyTIMVS nunc cer-  
nunt addita virgula manu recenti. — 5 DEDIT  
Verus. Gall. — 6 VIVA SIBI ET Verus. Gall.,  
quam lectionem duorum auctorum consensus  
etsi satis tueri videtur, tamen observandum est  
v. 2. 3. 4 extr. eosdem non habere nisi quod  
hodie quoque cernitur. — 7 OMNIBVS Gall. —  
NVMINI·FORTVNAE | FOLIAN·DICATVM (rel. om.)  
Piperno.

C. Umbrius Liberalis, pro cuius salute actor  
titulum dedicavit, redit in altero n. 2132.

**2124** a Castel Poto tribus horae partibus ver-  
sus Apelosam in campo q. d. S. Spirito  
prope locum q. d. la Motta.

IOBI · OPTIMO  
T · VATINIVS  
VATINIANVS  
T · VATINIVS  
5 VITALIS FILIS sic  
VATINIANI  
VOTVM LIBES  
SOLVERVN

Recognovit Dressel. Garrucci diss. arch. 1, 117,  
Ben. p. 53 ad ectypum.

**2126** [=1396] cippus, hora dimidia supra vicum Cantano in massa *Pezza Spina* Raphaelis Pro-  
caccini.

in latere:  
DEDICAT · III · IDVS  
IAN · IMPP GALLO  
AVG II ET VOLVSI  
ANO AVG COS

p. C. 252

Descripsit Dressel. Imperfectum apographum ed. Guarini var. mon. 1835 p. 10.

Tituli Vitulanenses una cum Beneventanis exhibentur a VERSIO. Eosdem eodem fere tempore mira ineptia edidit quodammodo Petrus PIPERNO (*la vita di S. Menna*. Venetiis 1692). Denique GALLETTIVS (apud Marinum cod. Vat. 9126 f. 183—185) Vitulanensis proposuit, quam syllogen qui item adhibuit CASTALDIVS in actis academiae Herculanensis vol. 2, acceptam refert Francisco eidam ANGIOLELLAE Vitulanensi. Pipernianae nugae fraudibus non recte adnumerantur; sed in Gallettianis Castaldianisque insunt quaedam male confusa.

**2125** [=998\*] hora dimidia a Foglianise meridiem versus prope molendinum Salice loco q. d. Ciesco (= lapis) *dell' oro* ad torrentis Ienga ripam dextram rupi incisa DRESSEL. Vitulanis in saxo qui vulgo de auro dicitur VERVS. Praecedit n. 2136 CAST. GALL.

figura stans falcem ut videtur tenens  ara ac- censa	arbor  canis
--	--------------------

P' // / T1 // / AT // / / / O // / / /  
Q · SATRIVS SECVNDVS SIDIV // / / / /  
Ei SIGNVM SCVLTVM LARArto // / / / /

subter in latere dextro:  
IMP · MAXIMI  
NO · ET · AFRICA  
NO · COS · SILVANO  
LUSIANO SELIAM  
5 SINTONIACIS  
R EVS ..  
.... VS

p. C. 236

Descripsit Dressel titulum primarium. Verusius B. f. 5; Galletti apud Marinum Vat. 9126 f. 183' eodemque exemplo Castaldi *mem. dell' Acc. Ercol.* 2, 37, auctorem laudans Franciscum Angiolellam Vitulanensem; Garrucci Ben. p. 60 ex Verusio et ectypo imperfecto.

Anaglyphi descriptionem Dresselianam supra posui; 'desuper est imago numinis' Verus.; Gallettius et Castaldius sic id enarrant: *Su di una picciola rupe, che guarda il settentrione, si ravvisa un sasso di pietra calcarea alto palmi 5, largo 5½, scorniciato d'intorno. Nella parte sup. si vede in rilievo un triangolo, nell' aja del quale sta rilevata una figura di uomo tutto nudo ben membruto e di volto orribile e crinito. Tiene una falchetta colla destra, e colla sinistra de' rami incurvati di cipresse o di canne, a' piedi del quale v'è un cane, e all' altro lato un' ara con tre pomi sopra.* — In ipso titulo v. 4 vestigia enotavit solus Dressel. — 2 SATRIVS ex SATRIVS (non, ut ait Garr., SALLIVS ex SATRIVS) Ver. — SECUNDVS SID . . . Ver., SECUNDVS SIB (SIBI Gall.) // / TOLA Gall. Cast., SECUNDVS SILV// Garruccius ad ectypum, SECVN// et quae supra sequuntur non inclinata Dressel. — 3 SCVLTVM LARA (LARE Gall.) Verus. (a quo abesse VLTVMLARA cave credas Garruccio) Cast. Gall., SCVLTVM ARA Garrucci ad ectypum, om. in hiatu Dressel. — Titulum alterum ('subter in latere dextro' Verus., più sotto alla parte destra presso alla terra Cast. Gall.) Dresselius frustra indagavit. — 1 sic Ver., INIMA XIMA Gall., INFIMA . . . XIMI Cast. — 2 sic Ver. ex corr., NO ACRICIA Ver. ante corr., N-D-ET AEDICTA Cast. Gall. — 3—7 sic ut dedimus Ver., N-C (N-E Gall.) · COS · SILVANIVS . . . NO . . . SENAT | SIT (SIC Gall.) . . . ONIACIS | . . . TVS | . . . V . . . Cast. Gall. In ectypo Garruccius non deprehendit nisi 7 vs.

Verusius in adnotatione monet eiusdem nominis hominem Satrium Secundum reperiri apud Tacitum ann. 4, 34. 6, 14. 53.

S I L V A N O VBPLICENSI / / O PRAESTANT/S / ONCORDIVS	haec pars latet
---	--------------------

5 / / / / / M  
 / / / / / M  
 / / / / / D

**2127** litteris palmaribus in eremo S. Mennae [prope Vitulanum] VER.

F · MEN · V  
g LADIATOI  
per bid VVM · SI

Verusius B. f. 41 (inde Garrucci diss. arch. 1, 118; Ben. p. 134).

3 aram sigNVM Silvano Garruccius contra codicem. Idem adnotat Pipernum hisce litteris pro initialibus usum esse carminis a se conditi, unde effici eum legisse MENVIADIAVNVMSI.